



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

249. An vivæ vocis oracula regularibus concessa regularibus sint hodie
sublata? Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. r. 61.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

oraculos, y estos no lo estan solo por ess camino, si no por Bulas de los Sumos Pontifices, (como dicho es,) luego no estan revocados, almenos en el fuero de la conciencia, porque siendo esta concession en general, y en especial de todos, y de cada uno de los privilegios de los Regulares, o sean concedidos por Bulas, o por viue vocis oraculos, pero sin nombrar en particular a alguno, no sera admitida en el fuero exterior para comprovar qualquiera de los privilegios hechos por viue vocis oraculos: y porque de la concession hecha a los Padres de la Compania, por nuestro Santissimo Padre Urbano Octauo, que resiere Portel y nos otros referiremos abaxo en el numero siguiente, no consta por algunas letras autenticas, sino solo por una simple certificacion de los mismos Padres de la Compania de Iesus, la qual no basta, ni seria admitida para el fuero de la conciencia, y estando en el, es verdaderissima nuestra sentencia.

2. T se confirma, porque nuestro Santissimo Padre Urbano Octauo concedio a los Padres de la Compania de Iesus, el año de 1624. a 19. de Abril, todos los privilegios viue vocis oraculo, despues de la general revocation hecha por Gregorio Dezimquinto en la Bula que empieza Romanus Pontifex in specula, dada en Roma a dos de Julio del año de 2622. y los concedio sin alguna clausula exclusiva de las demas Religiones: por lo qual todos los que participan, como nos otros, de los privilegios de la Compania de Iesus, gozan de esta concession; la qual testifica auer visto firmada el Padre Fray Lorenzo Portel en la ultima pagina del dicho libro, que està a fol. 909. y 910. y aunque despues acá Urbano Octauo en la Bula que empieza: Alias felicis recordationis dada en Roma a 20. de Diciembre de 1631. revoca todos los oraculos viue vocis; pero en la dicha Bula solo revoca los concedidos a influencia de Reyes, y Emperadores, o Principes, o autorizados por Cardinales, dexando en el mismo estado la primera revocation de Gregorio Dezimquinto, por la qual vale la concession hecha despues a los Padres de la Compania, y se está en su vigor, porque Urbano Octauo no inouo nada acerca de los demas viue vocis oraculos fuera de los dichos: no basta decir contra esto, que si renoco los, que tenian mas fuerza, a fortiori quiso revocar los demas, porque la revocation de los privilegios es odiosa, y no tiene lugar, sino en los casos expresos en la ley del Pontefice, porque las cosas odiosas, sunt stricti iuris, y en ellas se hace extencion alguna, y antes se deve restringir, que ampliar. Hac omnia P. Leander: qui tamen postea subdit, haec esse admittenda, nisi stylus Curiae Romanae sit in contrarium.

3. Sed absolute negatiuam sententiam, me citato nouissime docet Joseph Rocafull, in Praxi Theolog. moral. 10. 2. p. 3. 1. 7. c. 6. n. 44. vbi sic afferit. [Porro de viue vocis oraculis a Pontificibus redditis, que olim sapientie allegabantur, prater Bullas, & Motus proprios Pontificios, nihil dicendum videtur: quemam Urbani VIII. nouissime in Bulla edita die 20. Decembris, 1631. fuit sicut omnia viue vocis oracula. Ceteroper quidem id facere Gregorius XV. sub die 2. Iuli, 1622. Sed quædam cum excipiebat. Urbani tamen VIII. omnia simul, & semel fuit sicut, & cum clarè loquatur Pontifex, mirandum est, quod Lezana, & Laurentius de Peyrinis adhuc contendant, Urbani non omnia fuit sicut.] Ita ille: cui etiam addi potest Pater Quintanadueñas in Theolog. moral. tom. 1. tract. 9. singul. 3. num. 5.

4. Sed his non obstantibus, non deseram adnotare, Patrem Gordonum in consil. Regul. tom. 1. resol. 31. & tom. 2. resol. 54. 2. 2. 8. docere, in Bullis Gregorij XV. & Urbani VIII. non fuisse sublata viue vocis oracula pure favorabili, & que nulli nocent, & præjudicabili sunt. Adi illum, & cogita. Sicut etiam de aliis doctrinis,

nisi, quas adducit nouissime Pater Pellizzarius in Moral. Regul. tom. 2. 17. 8. c. 1. scilicet 5. n. 130. & seqq. cum esse videantur contra stylū, & præmix Romane Cunis.

RESOL. CCXLIX.

An viue vocis oracula Regularibus concessa habet, non obstante Bulla Urbani VIII. & Greg. XV ad locum, non mereocata confeantur: Ex p. 10. tr. 14. & M. 4. Ref. 26. alias 24.

§. 1. Væstio est nimis lubrica, & ego ab aliis, quos Doctores adduxi, qui illam penitentiam, nunc autem per extensum apponam quid est tota, haec difficultate sentiat P. Vidal in Arca Theologi Moral. sit de Iurisdictione, Inquis. 4. num. 15. & seqq. Sic itaque afferit. Obiicitur, hoc Priviliegium Sixti IV. fuit, si se concessum tantum viue vocis oracula, authenticatum ab aliquo Eminentissimo Cardinali, & ipsius manu firmato, ut habeat in Bullario Eman. Roder. tom. 1. fol. 127. in fine Bullar. Sixti IV. n. 12. & in append. priu. Min. Capuccini tit. Benedicte Ecclesiastice, n. 4. vbi ponitur. O magnum, quod significat hoc viue vocis Oraculum esse authenticum, fecis vero quando ponitur, o parvum, quia tunc significat illud Priviliegium non esse authenticatum ab aliquo Eminentissimo Cardinale. Ita Pater Peregrinus in principio Compendii novi editi nostrorum Priviliegiorum, verb. Inv. ed. 1. 1. in fine, sed per Constitutionem Urbani VIII. editam die 20. Decembr. 1631. que incipit. Alias felicis recordationis, & c. revocantur, & annullantur omnes concessiones viue vocis oracula; siue sit authenticum, sive non: ergo cum huiusmodi Priviliegium Sixti IV. sit tantum viue vocis oracula, videtur hic & nunc derogatum, & revocatum, sicuti cetera omnia alia similia, quibus validè & licite Regulares privaligati ut non possunt: ergo conclusio.

2. Respondeatur primo admissa maiori, negatur minor, quæ absoluere, & simpliciter non est vera: Nam Priviliegia concessa Regularibus per viue vocis Oracula, & posita in libro authenticum tantum vim, & efficaciam habent, ac si scripta Bulla concederentur. Hec specialiter concessit Leo X. Fratribus Minoribus, ut videtur est in Bullario Roder. tom. 1. fol. 317. n. 4. vbi Summis Pontificis vult, & intendit viue vocis oracula non esse minoris efficacia, & valoris, quam si per Bullam, aut Breue ad perpetuam rei memoriam efficerentur. Cum oracula viue vocis habeant candem vim ac alia Constitutiones Papales, sequitur, quod si iste non revocantur per constitutionem Urbani VIII. neque etiam illa; tum quia vbi militat eadem, vel aequivalent ratio, ibi etiam militat eadem iuri dispositio. l. Illud ff. ad. Aquilium, etiam similibus, tum quia quod Priviliegium disponit in uno ex correlatiis, extenditur similiter ad aliud correlatiuum, tum etiam quia Priviliegia favorabilia, præsertim concessa toci Religioni, que tangent solum iura concedentium, sunt amplianda, & late interpretanda, ut notat Innocentius in c. Diletti de donis. ergo è contrario horum Priviliegiorum revocatione dicti, & rigoroso modo est intelligenda: Ideo, & C.R. refutatur secundò, quod viue vocis oracula posita in authentico libro, & confirmata à Summis Pontificibus per authenticam Bullam, & ex certa scientia, ac ex plenitudine potestatis definit esse per viue vocis oracula concessa, sed defumtum concessione per novas & Pontificum Constitutiones, & ideò hic, & nunc non videantur revocari per dictam Constitutionem Urbani VIII. Consequens erit certum, dum probabitur antecedens. Probatur ergo. Primo, ita sentit, & affirmat expresse doctissimus Laurentius de Peyrinis in Privil. Minim. tom. 3. cap. 12. const. 18. alias 26. V. 1630.

De Dubiis Regularium. Ref. CCXLIX. 159

Vrbani VIII. in Scholis, num. 1. sed, cum authoritas

doce in tantum viuis Doctoris ppi, & Religiosi reddat opiniōnem probabilem, & tutam in conscientia; ut alii
dixi cum D.Thoma, & pluribus aliis Doctoribus,
ita etiam erit probabilis, & tuta in conscientia hæc
opinio doctissimi Laurentii, quam sequi. videntur
Lezana in Summ. Q.Q. Regul. tom. 1. cap. 3. num. 21. &
Diana in 5. part. tract. 14. resol. 17. ergo, &c. Secundò
probatur. Confirmatio Priuilegiorum, in qua Summus
Pontifex dicit se confirmare ex certa scientia,
vel ex plenitudine potestatis, vel non obstante lege in
contrarium, habet vim nouæ concessionis talium Priuilegiorum. Ita Glos. in cap. Quia diuersitatem, cap.
Venient, de translat. & cap. 2. de pacts, ut affirmant
Card. Tsch. verb. Confirmatio ex certa scientia Portel,
de Dub. Reg. tit. Priuilegiū confirmari. n. 29. Suarez, lib. 8.
de legib. cap. 18. num. 1. 2. Layman, lib. 1. tract. 4. cap. 23.
num. 16. quest. 4. & alij quam plures. Ratio est, quia
aliq[ue]d nouum ius creat hæc confirmatio ex certa
scientia, & vim habet reddendi actum de inuidido
validum, & illud nullum confirmandi, sed omnia
viva vocis oracula ante Pium V. & ante Gregorium

VIII. fuerunt ab his Pontificibus confirmata, ex certa
scientia per Bullas authenticas; ergo vim habent
nouæ concessionis: ergo non sunt annullata, & revo-
cata per dictam Constitutionem Urbani VIII. Major
est carta: Minor similiter videtur certa, ut patet ex Compendio Priuilegiorum Regularium: ergo
etiam prima consequentia erit certa: Secunda vero
probatur, quia cum viua vocis Oracula confirmata
per particulas Constitutiones ex certa scientia, ha-
bent vim nouæ concessionis, iam amittunt esse vi-
ua vocis oracula, & sunt, ut concepta proprie, &
specialiter, per nouas horum Pontificum Constitu-
tiones, & idem cadere non videntur sub ista revo-
catione. Tertiò probatur: Priuilegia, que Apostolica
authoritate sèp[er] sapientia confirmantur inuis robur, &
firmitatem acquirunt, ut ait Paulus V. in confirmatione
Priuilegiorum Minoritarum anno Domini 1609.
Item, ut Iurit[us] dicunt, Priuilegium, seu Beneficium
Principis debet esse immobile: ergo, cum totum id
affirmari possit de viua vocis oracula confirmato ex
certa scientia, signum habetur, quod maneat in suo
pristino vigore & usu leito. Quartò probatur: Priuilegia
confirmata ex certa scientia significant Sum-
mum Pontificem plenam illorum cognitionem ha-
buisse post exquisitum examen & diligentem inqui-
sitionem: ergo omnia distributiva; & sigillatum vim
habent, ac si solùm per itas confirmantes Constitu-
tiones essent concessa: ergo, clare patet, omnia
acquirere suum ius, & efficaciam per virtutem
harum Constitutionum: ergo non renunciar per
dictam Constitutionem Urbani VIII.

3. Confirmator Primi: Priuilegia inserta in corpo-
re iuri, reputantur ius commune, sed viua vocis
oracula confirmata ex certa scientia per authenticam
bullam, videntur inserta in corpore iuri: ergo re-
putantur ius commune; sed istud non annullatur per
Constitutionem Urbani VIII. ut per se patet: ergo
neque etiam illa. Confirmatur secundò: Regulares
civiliis Religionis vuntur, & gaudent vicissim Priuilegia
concessis alii Religionibus, sive ad instar
sive à quæ principaliter per participationem, & com-
municationem habitam ex vi, & virtute Pontificia
Constitutionis, que tribuit idem ius, ac si specia-
liter singulis Religionibus sigillatim omnia hac
Priuilegia concessa fuissent per authenticam Bullam:
ergo à pari hoc idem videtur affirmandum de oracula
sive viua vocis: quæ per confirmationem ex certa scientia
acquirunt idem ius, & vim Priuilegiorum; quæ
sunt concessa per authenticam Constitutionem; igi-
tur, cum hæc non annullentur per Constitutionem

Vrbani VIII. neque etiam illa, ut intelligenti patet,
Sciendum tandem est omnia Priuilegia nostra Reli-
gionis fuisse motu proprio & ex certa scientia con-
firmata à pluribus Summis Pontificibus, præsertim
à Paulo V. die 4. Aprilis 1612. qui exprelse, & spe-
cialiter confirmauit omnia viua vocis oracula, &
etiam a Gregorio XV. die 16. Octobris 1621. qui
non solum motu proprio, & ex certa scientia confir-
mauit omnia nostra Priuilegia, sed etiam omnia in-
nouavit his verbis (Eaque omnia, & singula Priuilegia
innovamus, ac de novo etiam concedimus:) ergo cùm confirmatio Priuilegiorum ex certa scientia
si noua gratia, & nouum Priuilegium, clarè in-
fertur hic, & nunc viua vocis oracula concessa ante
Gregorium XV. habere ius, & vim, ut concessa
per nouas Constitutiones Summorum Pontificum
confirmantes omnia hac Priuilegia: ergo nullo mo-
do videntur revocata per Constitutionem Urbani
VIII. ac adeò Priuilegium Sixti I V. hic, & nunc
esse in suo robo, pristinoque vigore & efficacia,
sicuti sunt cætera alia Priuilegia concessa per Bullam
authenticam.

4. Dices: ergo frustratoria est hæc Constitution
Urbani VIII. Relpondetur, nos non id affirmare, sed
tantum dicere, & probare viua vocis oracula con-
cessa vique ad Gregorium XV. per dictam Con-
stitutionem non reuocari, nec annullari: forsitan an-
nullantur illa concessa ab eodem Urbano VIII. &
ideò eius Constitution non erit frustratoria. Insuper
forsitan erunt annullata illa viua vocis oracula non
posita in libro authenticō neque confirmata à Sum-
mis Pontificibus: Idem, &c. Et hæc omnia docet
Vidal ubi supra.

5. Et ego: in iu[m] fauorum adducam etiam alium Au-
toorem, & is est Samuellus Dominicanus in Praxi
de Sepulchris, Præludio 3. Appendix, num. 1. & seqq.
ubi firmat duas conclusiones: Prima, quod omnia
viua vocis oracula ante Pium V. emanata in fauorum
Regularium, tunc ab ipsius Papæ Pij V. tempore,
vñque modò non sunt amplius oracula, sed facta
sunt Priuilegia bullata, sicut cætera alia Papalia In-
dulta, & Priuilegia. Et probat hoc ex variis Bullis
Pontificis. Deinde ponit aliam Conclusionem, Præl.
4. num. 1. nempe, quod omnia viua vocis oracula,
concessiones ac Indulta Regularibus quæstita per sup-
plicationem S. R. E. Cardinalium, & eorumdem
propria manu firmata, nullatenus sunt à Gregorio
XV. abrogata, nec ab Urbano VIII. sed in suo pri-
stino statu, & valore adhuc permanent, & in sua
viridi obseruancia perfuerant. Constat hæc nostra
propositio, ex verbis eiusdem Gregorij XV. Bullæ
exordientis, Romanus Pontifex die 2. Iulij 1622. editæ,
& est registrata tom. 4. Bullarij fol. 132. §. 2. ubi
hæc habent verba: Firmi tamen, & in suo robo
permanentibus omnibus Indulgentiis, & aliis con-
cessiōnibus prædictis viua vocis oracula. S. R. E.
Cardinalium, ad ipsorum, vel aliorum quorumcumque
fauorem, propria manu S. R. E. Cardinalium fir-
mati pro ipsi vel alii factis, & de quibus idem
S. R. E. Cardinales testimonium in scriptis præbuerunt.
Bulla vero Urbani VIII. exordiens: Concessio
nobis, &c. data in lucem die 5. Maij 1629. registrata
tom. 4. Bullarij fol. 429, non tractat de oraculis sed
de quibusdam clausulis, quibus in literis vrebantur
nonnulli Religiosi ad Indias proficentes, & in fa-
uorem Regularium condita est & nihil ad rem no-
stram facit, ut videre est in ipsa Bulla. Consultò
hanc posuimus propositionem in præsentia, ob non-
nullos, has duorum Pontificum Bullas negligentes,
quas nunquam legerunt, neque viderunt, ut ob id fal-
sa loquantur contra Regularium oracula. Hæc Sa-
muellius.

O 2

6. Et

6. Et tandem non deferam hic apponere verba Hieronymi Garcias in *Politica Regulari* tom. 1. tract. 8. diff. 1. dub. 6. num. 6. vbi sic ait: Pregunta Leandro de Mureia. quest. 10. Selecta, sobre el cap. 6. de la Regla de San Francisco, que estan renocados los Privilios de los Regulares, que son viua vocis oraculos, y responde, que se puede vñar dellos in foro conscientia, porque estos privalios estan inseridos en otros privalios; que no son viua vocis oraculos, por las concesiones generales, de quouis modo concessa, & concedenda. Y traen un privalio de Urbano VIII. del año 1624. en que no limita oraculos en favor de la Compania. Ni obstante dezir, que despues Urbano VIII. despacho otra Bula, que fue el año 1631. en que reuoca los viua vocis oraculos, porque en esta Bula solo reuoca los concedidos a instantia de Emperadores, o Principes, o autorizados por Cardenales; pero no habla de los que reuoco Gregorio XV. y assi aquellos fueran tienen. Ita ille.

7. Sed his non obstantibus, contraria sententiae adhæreo, quam tuerit doctus & amicissimus Quintanadueñas, in *Theol. Mor.* tom. 1. tract. 9. singul. 3. num. 1. & seqq. vbi ita afferit: Concessiones praedictae, Martini V. Innocentij VIII. Leonis X. probabiliter creduntur, fusile tantummodo viua vocis oracula; si quidem Bullæ, sive Indulta eorum non producentur ab eis, qui diligenter Privalio Mendicantium colegerunt ut de Privalio Leonis X. notat Henriquez, & de aliis Corduba cum Doctore Ortiz, in addit. ad collect. verb. *Dispens.* §. 17. id est ut ita facta reuocata esse dicendum est, & similiter oraculum Pij V. Unde ex vi harum concessioneum tutum non est ut hoc Privalio, cum Gregorius XV. Bulla, quæ incipit, *Romanus Pontifex*, edita Romæ 2. Iulij anno 1622. sic oracula, 1. reuocauerit, omnia, & singula Indulta. Facultates, & Privalia, gratias & concesiones quacunque spirituales, & temporales, tam ad fauorem interius, quam ad exterius spectantes, ac tam ad supplicationem partium, quam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus a Sede Apostolica: que tamen viua vocis oracula hactenus quondamque, & qualitercumque, ex quavis etiam de necessitate exprimenda cauila, quibusvis Collegiis, Capitulis, Ordinibus tam Mendicantium quam non Mendicantium, Societatis, etiam Societati Iesu, ac Congregationibus quibuslibet sive eorum & earum respectu, Præpositis, Decanis, Magistris, Ministris, Prelatis, Prioribus, Rectoribus, Generalibus, vel Provinciis, quocumque nomine nuncupatis Superioribus, etiam quomodolibet exemplis, ac Sedi praedictæ immediate subiectis, cuiuscumque dignitatis, præminentia, aut quovis privalio munitis; non tamen ad supplicationem Regum concessis, in iis videlicet que nunc sunt fortita effectum, tenore praesentium reuocamus, cassamus, tollimus, abrogamus, & annulamus, &c. Et §. 2. addit. Firmis tamen, & in suo robore permanentibus S. R. E. Cardinalium manu firmatis pro ipfis, vel alii factis, & de quibus idem S. R. E. Cardinales testimonium in scriptis praebuerunt. Et postea §. 5. apponitur clausula communis: Non obstantibus. Affectur haec Bulla a Laurentio Cherubino, tom. 4. Bull. fol. 131. pro 27. huius Pontificis. Sed Sanctissimus D N. Urbanus VIII. sua Bulla, quæ incipit: *Alias felicis*, edita Romæ 20. Decembri 1631. reuocat omnia viua vocis oracula etiam si sint testimonio, sigillo, & subscriptione cuiuscumque Cardinalis munita, & ad instantiam Imperatoris Regum, & Principum concessa. Advertendum est, quod Gregorius XIII. Bulla, quæ incipit: *Ex benigna sedis, &c.* edita Romæ anno 1575. & Paulus V. Privalia omnia Minorum confirmant, & in-

nouant, ut testatur Hieronymus Rodriguez QQ. Reg. resol. 77. Vnde probabile existimat Lezan. QQ. Reg. cap. 3. num. 2. Peyrinus, tom. 3. cap. 12. conf. 18. & alij, oracula facta ante hos Pontifices, vñpti per has Bullas confirmata, & innovata, seu deno concessa, non esse reuocata per Bullas Gregorij XV. & Urbani VIII. ac ex consequenti nec priuilegium ad hanc dispensationem reuocatum existimare. Sed doctrina haec non contemnendas difficultates continent quocirca deferenda est. Nec vñquam ego tam amis; in meo enim libello duarum hebdomadarum, c. 16. n. 12. non ex mea, sed ex Lezane, & Peyrinus, tentia sum locutus, quam nullo modo approbo. Ita Quintanadueñas, & ego, non enim fulcitur fuit a nobis Tragedie in damnum Religionis, sed in huius materiei calamum, & ingenium coarctare debemus. Vide etiam Eminem. Dominum meum Cardinalem de Lugo in *suis nouissimis & doctissimis Responsionibus Moralibus* lib. 4. dub. 3. n. 2.

RESOL. CCL.

An viua vocis Oracula Regularibus concessa habet sua ablatas, & extintas: Ex part. 1. tractat. 6. & Mil. Ref. 45.

§. 1. **N**on minus est practicabilis, ac etiam periculosa praesens difficultas, quam fuit altera in superiori resolutione tractata, & quidem negative sententiae adhaerent plures Doctores, alleentes per Bullam Urbani VIII. hodie non esse reuocata oracula viua vocis, confirmata per Bullas sub generali nomine quorundamque privaliorum, vel etiam sub expresso nomine oraculorum. Probatur haec opinio, quia confirmatio, vel innovatio privaliorum ex certa scientia seu motu proprio facta, vim habet novas concessiones, que iam habetur per Bullas. Ergo quæ prius erant viua vocis oracula, iam fuit privalia concessa per tales Bullas Pontificis confitimus concessiones prius factas sive Bulla, & subinde talia privalia non comprehenduntur sub reuocatione oraculorum viua vocis. Unde colligunt praedicti Doctores omnia privalia concessa Religionibus viua vocis oraculo ante Pium V. & Gregorium XIII. vel ante Clementem VIII. & Paulum V. habent iam vim privalij bullati, nam hi Pontifices ex certa scientia confirmarunt omnia privalia, gratias, & facultates Regularibus concessas quomodolibet, etiam viua vocis oracula. Quare iam omnia oracula precedentia facta sunt privalia bullata, & proinde non comprehenduntur sub reuocatione oraculorum viua vocis. Post vero privalia Religionibus confirmata fusile sapientia à variis summis Pontificibus per bullas authenticas motu proprio, ex certa scientia, & de plena potestate potestatis, ac interdum exprimere privalia, gratias, immunitates, etiam viua vocis oraculo concessa. Plures enim Bullas habet Manuel in suo Bullario, multas annos Hieron. Rodri. sive num. 7. & 8. feliciter aliquas ad rem nostram. Pius V. anno 1567. die 16. Maij. Confirmat ex certa scientia Mendicantium omnia privalia etiam viua vocis oraculo concessa. Eisdem ferè verbis, confirmant omnia privalia Minorum Gregor. XIII. die 1. Maij anno 1575. Sixtus V. die 3. Octobris anno 1587. Clemens VIII. die 20. Decembri anno 1597. sic inquit: Omnia, & singula privalia, immunitates &c. in genere vel in specie etiam per solam signaturam, etiam viua vocis oraculo, aut alias sub quacunque forma, & expressione verborum concessa, & in eis contenta illorum omnium